



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1715. usque ad annum 1718

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1782**

**VD18 13322648**

§. 65. Venetorum victoria de Turcis reportata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67649](#)

Sæc. XVIII. „Cæterum non intendit S. Facultas  
A. C. 1716. probare alias Propositiones, quæ ex-  
tant in codicibus sibi exhibitis a Ma-  
gistro Le Roux, quarum aliquas tum  
deputati tum alii Magistri observave-  
runt Censura dignas.“

## §. LXV.

*Venetorum victoria de Turcis re-  
portata.*

*Conlin gesta  
Caroli VI.  
Hist. du  
Princ. Eug.  
l.13. p. 17.*

Interea, dum fortuna secundiore Tur-  
cis, quam Venetis pugnatur apud  
Peloponensum, non minore animorum;  
ac Partium contentione summus Pon-  
tifex, Cæsar, aliique Principes Ca-  
tholici non modo ad reprimendam,  
sed inferendam quoque barbaris vim  
pecuniarum, militum, armorumque  
apparatum undique contrahere adla-  
borabant: Præprimis igitur Clemens  
Papa sui muneric esse duxit, ad Phi-  
lippum V. & Elisabetham Hispaniæ Re-  
ginam, eorumque Confessarium P. Gu-  
lielmum Daubanton Jesuitam, Lude-  
vicum XV. Franciæ Regem, Philippum  
Aurelianensem Regni Rectorem, Joa-  
ninem Regem & Marianam Reginam, nec  
non Franciscum Lusitaniæ Infantem.  
atque ad Cardinalem de Cunhe, Bre-  
charensem Archiepiscopum, & Comi-  
tem de Daun Neapolis Proregem hor-

tatorias dare literas, ut vel ipſi vali- Sæc. XVIII.  
A. C. 1716.  
das navium, militumque ſuppetias  
mittere, vel ſuos Principes ſuis officiis  
ac precibus ad promptam periclitanti  
Reipublicæ Christianæ opem protinus  
ferendam excitare velint. Ipſeinet e-  
tiam Pontifex plures naves bellicas  
ære ſuo conductas, ſuasqne Triremes  
Venetis submisit, necnon pecunias a  
Sixto V. reservatas largiter in hoc bel-  
lum erogavit, & die decima tertia Ja-  
nuarii habito, ut vocant, confiftorio  
cunctos Cardinales ad ſubſidia libera-  
liter confeſſenda enixe hortatus, ingen-  
tem pecuniarum vim Venetis submisit,  
ijsque indulſit, ut ab omnibus Eccle-  
ſiaſticis ſuæ ditionis bonis decimam  
partem colligere poſſent: Inſuper Car-  
dinalem Ursinum Portuenſem Epifo-  
pum a ſuo Archiepifcopatu Beneven-  
tano Romam advocaſ, eundem Vien-  
nam ad Carolum Imperatorem decre-  
vit, ut iſ Majestatem ſuam ad occur-  
rendum, quacunque ſublata cuncta-  
tione, graviffimis rei Christianæ ne-  
ceſſitatibus inducere ſtuderet: Hunc in  
finem Pontifex eidem Imperatori in  
hujus belli ſumptus dećimas ſuper qui-  
buscumque ſuarum ditionum bonis Ec-  
cleſiaſticis aſſignabat, pollicitus, ſe tota  
animi contentionē curam omnem atque  
operam in eo collocaturum, ut durante

A a 3

hoc

Sæc. XVIII. hoc bello nihil contra Cæsarem, ejus  
A.C. 1716. que ditiones a quopiam attentaretur.

Nec impensa hæc Pontificis officia suo  
caruere effectu; quippe Hispaniæ &  
Lusitaniæ Reges sex quilibet bellicas  
naves & quatuor triremes probe instru-  
ctas, Cosmus vero Etruriæ Dux va-  
lidum Triremium subsidium, & Ge-  
nuensis Respublica duas Triremes &  
Melitensium Magister quinque in open  
Venetæ classis submisere: Hoc tamen  
armorum apparatu haud territi Turcæ  
Corcyram Insulam toto impetu inva-  
dere aggrediuntur. & jamjam die octava  
Julii prope Butrintum e navibus suis  
militem exponunt: Haud segnior Schu-  
lenburgitus, collatis cum Andrea Pi-  
fano Venetorum Archistratego con-  
fiis, prout necessitas temporis mo-  
nabat, cunctas naves in unum compellere  
& hostem numero longe superiorem ag-  
gredi statuit. Igitur vespere ejusdem  
diei, cum tempus navigationi sese of-  
ferret opportunum, cum sua classe in  
Turcicam invehitur; solidas quatuor  
horas tenuit conflictus non minus &  
trox, quam ambiguus, quem tandem  
nox incumbens diremit. Quarto post  
die Turcæ Naumachiam repetunt, sed  
a Venetis in fugam aguntur, cæsis eo-  
rum ter mille & amplius. Hac cæde  
non exterriti, sed irritati magis Turcæ

die trigesimo ejusdem Mensis in Vene- Sæc. XVIII.  
tas naves immanem globorum tempe- A. C. 1716.  
statem detonant, quamprimum vero  
illæ relicto S. Nicolai portu ad Insulam  
S. Viti a Schulenburgio peropportune  
munitam recesserant, mox triginta  
quinque Turcarum millia Corcyram  
obsidere parant, inhumana crudelitate  
agros devastant, atque octies, incas-  
sum tamen, repetita impressione, mon-  
tem Abrahami tandem die tertia Au-  
gusti unacum sancti Salvatoris colle oc-  
cupant: Hoc successu elati, die septi-  
ma Augusti Corcyrensis Urbis deditio-  
nem postulant, ast a Schulenburgio  
Præfecto post trinam excursionem in-  
signi cæde rejiciuntur: collectis tamen  
viribus die decima nona Augusti im-  
pressionem tentant, & capto jam va-  
lido munimento, quod Scarponam vo-  
cant, duobus aliis minoris momenti  
receptaculis nullo ferme negotio po-  
tiuntur: Accurrit illico Schulenbur-  
gius cum recente milite, & despera-  
tione animum acuente celeritatem pe-  
riculumque, sub cuius ruinis obfessi  
jamjam gemebant, generose despiciens,  
admotis scalis locum inter Scarponam  
& munimentum recens exstructum oc-  
cupat, barbaros ex fossis, captisque  
propugnaculis expellit, eosque cæsis  
Turcarum quatuor millibus, & relictis

Aa 4

tri-

Sæc. XVII. triginta vexillis usque ad eorum casu  
A.C. 1716. gloriofus inequitur. Tanta erat hostium  
trepidatio, ut præclaram hanc Urbem  
intercipiendi occasionem sibi de manib[us]  
elabi sinerent, solvendæ nulla sane obli-  
dionis necessitate compulsi, cum e-  
nim ingruentes pluviæ ferme omnia  
obfessorum munimenta destruerent, &  
pulvere pyrio penitus madefacto Veneti-  
vim repellendo impares essent, Turci  
urbem scalarum ope innoxie superare  
potuissent. Hi vero die vigesima se-  
cunda Augusti noctu post vigesimam  
quintam obsidionis diem relictis castris,  
& quinquaginta quinque belli tormentis,  
seu mortatis, omnibus impedimentis,  
cæsisque eorum quindecim millibus  
præcipiti fuga fese proripuerunt. Tam  
prospere Corcyrensis insula Antonii Lo-  
redani Gubernatoris vigilancia, Schu-  
lenburgii fortitudine, & S. Spiridionis  
Episcopi ibidem Patroni tutela a præ-  
sentaneo excidio præservata est. Fe-  
runt, quod ante obsidionem hujus Sancti  
**Corpus**, cum illud Veneti ex urbe in  
propugnaculum deferri juberent, nulla  
adhibita vi ab Ecclesiasticis loco suo  
moveri potuerit, & durante obsidionis  
æstu tres faculæ super Ecclesiæ tectum  
collucere, ab omnibus visæ fuissent.  
Vix exprimi verbis potest, quantum ex  
hujus victoriæ nuntio Venetorum Res-  
publi-

publica, Italia & totus ferme Orbis Sæc. XVIII.  
 Christianus conceperit lætitiae sensum: A. C. 1716.  
 festivis præprimis plausibus tripudia-  
 bat Roma, quam Marchio de Lange-  
 rie & Comes de Linange ambo Galli  
 post expugnatam Corcyram Turcarum  
 ope subjugare moliebantur, qui tamen  
 detecta conspiratione capti Viennam  
 abducti fuere, eodemque tempore py-  
 ratica Tunetanorum navis, quæ jam-  
 jam Pontificii maris oras infestabat,  
 ab Etruscis capta ad Portum Cen-  
 tum Cellas abducta est. Percepta suo-  
 rum clade & probrofa Architalassi fuga  
 Byzantini cives tam impotenti rabie  
 exarserunt, ut ejus domum penitus ex-  
 pilatam igne everterent, ipsum quoque  
 Achmetem III. Sultanum strangulaturi,  
 nisi mox quatuor Bassas, qui bellum  
 in Christianos suaferant, laqueo su-  
 stulistet.

### §. LXVI.

#### *Turcae apud Petro - Varadinum ad internacionem deleti.*

Reportata hac victoria Schullenbur- *Hist. Cont.*  
*gius Butrintum, & Insulam S. Mau-* *Chron. I. 16.*  
 ræ continuata armorum felicitate oc-  
 cupavit, & Morlacci in Dalmatia Tur-  
 cis iteratam cladem & immensum dam-  
 num intulere. Ad hanc belli prosperi-  
 tatem

A a 5